



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Avla ... Thesavorvm Dei In Passione D. N. Iesv Christi
Effusorum ad Resvrrectionem Mvltorum**

Eyschen, Georg von

Coloniæ, 1656

§. 57. Accepto Calice. v. 23.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45533

cernitur, credo transisse, credo que in tuum corpus esse transmutaram. Hoc credo, hoc credidit semper Christianus, semper credit papista, malo hic esse papista, quam non esse Christianus.

§. 57. *Accepto Calice, v. 23.*

Quoniam Calice? utique illo vase, quo ad bibendum vtebantur, sicuti paulo ante panem acceperat, talem, quali vtebantur ad manducandum, quorum autem calix iste accipiebatur? Utique ad usum proprium ipsi, qui est bibere, quid autem eo tempore, & illa regione bibebar? Vinum aqua mixtum, ut ratio patriæ illius. & Traditione & scriptura docent, sed vinum hoc aqua mixtum, lacrum erat, an profanum seu usuale? dico iterum, omnino usuale erat cum accipiebatur a Domino. quis enim sanctificat, nisi Dominus? Usuale ergo erat & non sanctificatum cum accipiebatur ab eo, quale erat. An autem Dominus sic acceptum sanctificauit? id sequentia declarabunt.

Ego interim Domine mihi & creter, gratias ago toto corde quod nos creaturas tuas tam misericorditer tractas, ut non solum pane nos recrees, sed etiam vario condimento, potus tam corporalis quam spiritualis: id enim nos Christianos docuisti, cum ipse ut sequitur gratias egisti.

§. 58. *Gratias agens. v. 23.*

Primo pro refectione corporali iam percepta, 2. pro spirituali iam iam percipienda in Eucharistia, 3. pro dispositione ad futura mysteria. Quæ præ manibus habebat, dignaque erant veneratione tam intersumendum quam imitandum in celebrationibus missarum, seu Liturgijs: & hoc ut discerent quidquid acciperent quidquid haberent Deo referrent semper, & ei gratias agerent maxime pro tantis beneficijs & mysterijs. An autem gratias agendo Eucharistice sanctificauerit hunc calicem, in medio relinquit D. Marcus, nam sequitur mox, dedit eis & biberunt ex eo omnes, nulla facta mentione verborum consecrationis. Quicquid autem huius sit,

Gratias & ego ago tibi Domine Deus noster redemptor animarum nostrorum, pro uniuersis donis & beneficijs tuis, maxime pro omnibus donis tuis coelestibus & terrenis, quibus nos dignatus es ad gloriam æternam promouere. Oro autem te pro inexhausta misericordia tua fana & salua benignus infirmitatem meam, laua, purga & emunda immunitatem, illumina cætitatem meam, dita paupertatem meam, operi & tege nuditatem meam, ut te, Regem Regum, dominumque dominantium tanta cum reverentia, contritione & dilectione, fide & puritate, illa humilitate,

E 2

illo